

Patris, aut Filij. *Patris* (ait *Meridian*. scint. 6. num. 1.) non creatur hypostatice unita: illi enim non competit mitti, sicut nec ab alio procedere. In facturis, dum sibi consubstantialem patrat unusquisque filium, actualis efficitur pater: cum ergo prima creatura nullum sibi consubstantialem generet filium; Patris hypostasi non apparet unita. Rara syllogismi species! In maiore signatur Pater celestis; in minore factus pater in creaturis: & ex his quod substantia non sit unita hypostasi celestis Patris? Ignorat sane, quid dilent æra lupinis. Quid dicam de supposito, ne hypostasi Patris uniatur, quia illi non competit mitti, sicut nec ab alio procedere? Ingeniosus homo est. Filius & Spiritus Sanctus mittuntur: Filius à Patre procedit: Spiritus Sanctus ab utroque; & tamen non subsistunt hypostate Patris. Quid ad hypostasim, qua consistit substantia illa, quod Pater ab alio non procedat, nec possit mitti? Hæc seria: transeamus ad ludicra. Prima creatura nullum sibi consubstantialem generat filium. Fecunda ergo est (addit, n. sequent.) omnia enim continet, quare omnia parit. Quis non achriogelus? Quò tulit ingenium!

Desirium in
sente de hy-
postasi sub-
stantie ebi-
merica.

Mantuan.

Cur non ma-
ter, esse pe-
perit?

Decret.

Nullius di-
viniæ or-
sonarum hy-
postasi po-
tess subsiste-
re.

— O stupor? O fors
Ingeniosa! O res risu celebranda bimestri!
Parit uti fecunda, & Filium substantialem illa substantia non habet? Urde fecunda & ita fecunda, quod contineat omnia? Si ex illa substantia omnes substantiæ, ad Filium fecunda, sine substantiâ? Vide à n. 92. Si ex illa substantia Filius, quia parit, substantialis erit filius: generatio enim (ut dicunt Philosophi) est origo substantiæ a substantia secundum similitudinem naturæ. Non est strictè mater Entitatis coniux: ait ibid. Angeli omnes (subdit, *Vespert.* scint. 2. n. 4.) simul ex Numinis vulva ortum duxerunt. Idem *Meridian.* scint. 4. n. 6. Quare sic? Dicit ibid. scint. 6. n. 2. Fecunda est. Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam? ait Entitatis coniux per *Isaiam*, 66. 9. Inquiri partus aliorum metaphoricus est? Quomodo illa coniux, quæ parit (si illius partus ut aliorum partus) mater strictè non erit? Quorsum coniux & quorsum fecunda? Quæ fecunda & coniux, strictè & legitime mater: imò Mater magna, ut dicebant Gentiles de terra, quando omnes Angeli simul ortum duxerunt ex illius fecunditate sima volva. Ita est dicit bucciferreus, quicquid dicatur cap. *Firmiter de Trinitate*: scilicet, *Creator omnium simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritusalem & corporalem: Angelicam videlicet & mundanam*, &c. de quo num. 93. Ergo non de vulva fecundissimæ non matris, sed patientis, coniugis nempe Entitatis: non subsistens hypostasi Patris; quoniam illi non competit mitti, sicut nec ab alio procedere.

89 Ergo huiusmodi substantia unita fuit hypostasi Filij, cui ab alio procedere, & etiam mitti, profectò competit. Negat consequentiam subtilissimus Zarraga. *Nec filio hypostatice unita creatur* (subprofert, *Meridian*. scint. 6. n. 1.) quia filius ut Filius nec principium dici potest, nec valet ex nihilo produci. Ergo Spiritus Sanctus, cuius hypostate illa substantia rutilar personata, valet produci ex nihilo. Cerebrum Zarraga refrigerandum: eget sane unguine murium. Filius utique non valet produci ex nihilo. Hoc inconcussum; cæterum saltum, non esse principium. Non est respectu Patris; attamen cum Patre Filium ut Patris filius est, est principium Spiritus Sancti; ab utroque procedens tanquam ab uno principio. Quia substantia illa ex nihilo facta est, & principium est, & Filius ut filius non est principium, nec valet produci ex nihilo; non potest subsistere hypostasi Filij unita? Ergo subsistit hypostate Patris. Claret ad hominem Pater enim principium est, nec valet produci ex nihilo. *Creatur igitur (inquit) Sapientia in Spiritu Sancto* (iam est sapientia, quæ materia pridem prima) quia ex nihilo surgens, nequit nisi in coniugio alterius naturalis substantiæ persona existere in rerum natura. Fatue, quid dicis? Si quia principium filius ut filius non est, nec valet produci ex nihilo, illa substantia nequit subsistere hypostate filij; ut posset subsistere Spiritus Sancti hypostate, debebas aliter Spiritum Sanctum, ut est Spiritus Sanctus, esse principium, ac simul valere produci ex nihilo. Alias quid probas? Substantia illa ex nihilo furgens pari ratione convenire potest singulis tribus personis. Quid speciale invenis in Spiritu Sancto, ut huius in hypostate fuerit illa substantia creata? Quod signas, non est aliquid in Spiritu Sancto (quo excludas alias personas, quas excludere conaris) sed in illa substantia, nimirum quod ex nihilo fuerit producta. Si quia ex nihilo furgit, debet subsistere hypostate Spiritus Sancti; cur non poterit subsistere alterius personæ hypostate, furgens ex nihilo? Theologiam novam statuis, & etiam logicam destruis. Intende,

Præ, V.

Horat.

Primo ne medium, medio ne discrepet innum:
Haud medium variandum, ut illatione consequens collectio cadat in rectum. Animo ergo sedate, quantum desipias. De fide est, ex nihilo Deum cælum & terram creasse: *Genes.* 1. 1. per te, quod ex nihilo furgit, nequit subsistere in rerum natura, nisi in coniugio alterius naturalis substantiæ personæ, quæ non alia nisi Spiritus Sancti; Ergo cælum & terra, ante quæ nihil, quia ex nihilo producta, in rerum natura existunt unita Spiritus Sancti hypostasi. Vide an in effugium sit rimula. Mira dicis de lente. Perferuntur temer reliqua, quæ dicis.

90 Hæcine substantia supernaturalis, materia prima, ab initio creata in principio; infulatur etiam à Zarraga uti Numini coæva. Incidit in caveam, de qua emergere non poterit. Numen non hebet ævum; haud sanè æternum esset, si haberet. Si Numen æternum est, & Numini illa ficta substantia, materia prima coæva; proculdubio erit æterna. Æternam negat Zarraga, quippe creata fuit. Si ex quo creata, Numini coæva; durationem Numinis ævum mensurabit & non æternitas: Numenque duntaxat mensuratur æternitate, in qua duratio tota simul, quæ quidem nec principium nec finem habet (uti dicunt Theologi cum D. Thom. 1. part. quest. 10. art. 5.) imò nec habere potest. Si illa substantia creata, habet principium: si ex quo creata Numini coæva, Numen habebit principium: quo ibimus, vel quò non ibimus? Vide Dionysium de *Divin. nomin.* cap. 10. In Septuag. Interpretibus promiscue invenitur ævum & æternitas: eequidem sæpe æternitas in notam ævi, & ævum occurrit pro acceptione æternitatis. *Colles æterni* in Script. vocantur Angeli, *Genes.* 49. 16. & *Deuter.* 33. 15. Nihilominus tamen æternitas Angelorum sumenda est pro ævo, idest duratione tota simul, quò ex natura sua principium habet, finem tamen naturaliter habere non potest. Ita ergo *Eccli.* 38. 39. dicitur: *Creaturam ævi confirmabunt.* Propriè *Creaturam*, quippe uti talis habet principium; at finem nequit habere, quoniam ab ævo. Eadem vox propriè & metaphoricè ibid. invenitur. Proprià, cap. 1. v. 1. *Sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper; & est ante ævum.* Idest ante constitutionem Angelorum; qui, ut diximus, 4. ævo mensurantur. Pro æternitate autem ævum usurpatur, v. 4. *Intellectus prudentiæ ab ævo*: hoc est, ab æterno, ante omnia nimirum; igitur si aliqua cogitari possent, ævæterna essent; & etiam hæc Sapientia Dei præcessit, quippe æternum æviternum naturaliter præcedit. Duratio ergo, ut constat ex *Siracho*, & est ævi, & est ante ævum; Quæ ante ævum, est æternitas, Numini conveniens. Si coæva Numini illa substantia supernaturalis somniata, materia prima; vel Numen mensuratur ævo, vel materia prima est æterna, sicut Numen, cui coæva. Nodum dissolve, ut gloriæ Alexander.

Ævum pro
æternitate,
& econtra.

Eccli. 1. 24

91 Amplius delicabo in nostrum propositum. Duratio nihil aliud est, quam permanentia in esse rei præexistentis ante quolibet instans, in quo durare dicitur: hoc est profectò permanere in esse. Est duratio æternitatis, ut diximus, tota simul sine principio vel fine, imò sine possibilitate. Etiam est duratio ævi tota simul cum principio, sed naturaliter sine fine. Hinc duratio absolute dividitur in creatam & in incretam. Hæc est æternitas simpliciter dicta sine ulla successione neque in esse, neque in actibus. Unde *Boëtius*, lib. 3. de *Consolat. Philosoph.* Prof. 2. subdit: *Tota simul & perfecta possessio.* Creata vero duratio, quia creata, in se vel in actibus amittit successiorem. Quare increata talis est duratio, ut essentialiter includat omnem perfectionem essendi. Sic enim æternitas est duratio ipsius esse per essentiam; ita ut æternitas sit plenitudo durandi, sicut est illud esse tota plenitudo essendi. Ex quo liquet distantia cuiusvis durationis rei create, quantumlibet permanentis, aut immutabilis naturaliter; igitur deficit plenitudo durationis; quam habet æternitas suapte natura. Ingeniosè *Bonaventura* 2. Sent. dist. 2. art. 1. quest. 3. inquit: *Nec in ævo est duratio permanentis, est rei permanentis sit duratio*: etenim in creatura datur successio & in esse substantiali, quia succedit post non esse, & postquam est, potest succedere non esse, saltem de potentia Dei, quia potest annihilari: & deinde in actibus, accidentibus & presentia locali potest habere durationem successivam; igitur est successio, ubi mutatio. Huiusmodi cogitationem inficiatur *Suarius*, *Metaph.* disp. 50. sect. 5. num. 15. & 18. nihilominus illam concedit, lib. 2. de *Deo Trin.* cap. 4. numer. 8. Alia videlicet apud DD. Scholastic. cum D. Thom. loc. cit. & in 1. *distin.* 9. & 19. ac de *Potentia*, quest. 3. art. 14. *Ævum* autem est duratio permanentis, necessaria, sive immutabilis naturæ suæ, in quo distinguitur ab instanti permanente, cuius duratio tota simul, sed defectibilis ab intrinseco: quæ quidem duratio conceditur actibus intellectus & voluntatis (quorum productio est tota simul

Boet.
Quid æter-
nitas, &
ævum?

Bonavent.

Tom, V.

A 2

secun-

secundum intensionem) ut observat Suarius loc. cit. scilicet. 6. num. 9. & Caietan. in 1. part. quest. 10. art. 5. & 6. Quo igitur pacto illa substantia Zarragiam erit coeva Numini, dum Numen habet plenitudinem durationis; & substantia illa phantasia, ut potest creata, gauderet successione, essetque mutabilis, habens principium; quod excludit Numen, quippe æternum & immutabile!

92 Ipse concinnat, sed lingua mendaci. Audite acumen. Principium est Numen, scilicet Spiritus-Sanctus: tuncque dicitur principium, dum creata illa substantia illi hypostatice unitur. Creatio (ait Meridian. scint. 2. num. 1. & 3.) definitur, Primi principij constitutio. Quia verò creatura originem ex Dei esse trahere nequit, & ante primum principium nihil materiae, vel principij excogitari valet; ideo creatio dici potest productio ex nihilo. Ex nihilo nihil fit: fieri enim efficiam exprimit, quod necessarii venit ex actione: actio verò supponit materiam & motum: quare Deus creavit, ut faceret: nempe constituit principium efficientem & materialem (plaudite pueri concordantiam, sed fugite virgam) quod mystica illius manus, qua omnia fiunt: sed creavit ut Iove; facit autem, ut Numen. Iove semel loquendo creavit

Quid à Deo Iove & Numine iuxta Zarragam?

omnia simul in principio, primaque materia, ut suo ordine & tempore ex illa singula sigillatim faceret. Quapropter usque modò operatur Pater & Filius, nempe cum Sancto-Spiritu & in istius creata substantia, tanquam ministro manu. Creat igitur Iove, mittens spiritum suum: non autem mitteretur Spiritus-Sanctus, nisi ratione crearetur alterius substantia, nempe creata, sicut hypostatice unita. Ineptix Zarraguinæ sunt. Utinam essent ineptia! Illis igitur probat, quod negat: creata, nimirum, originem trahere ex Dei esse. Deus est utique Spiritus-Sanctus, de quo ibid. scintil. 4. n. 6. Zarraga subdit: Spiritus-Sanctus in ipsius creata substantia omnia facit: Iove enim constituit Numen (nimirum illam substantiam, materiam primam, utinam hypostasi Spiritus-Sancti) principium efficiens & materiale, in quo omnia in principio, primaque materia, quæ prima causa scilicet à Zarraga indigitur (ibid.) ut suo ordine & tempore singula faceret. Spiritus-Sanctus, qui Numen, cui unita hypostatice illa prima materia, per se est principium efficiens, educens ut agens formas privativas ex illa substantia, materiali principio. Omnia mundana, ut clam non est, constant tanquam principio intrinseco, prima materia: si isthæc Spiritui-Sancto hypostatice unita; profectò cuncta mundana trahunt originem ex Dei Numinis essentia: quoniam, cum illa materia sit iuxta Zarragam, substantia incorporea supernaturalis, & mundana necessario consistat ex illa materia; necessario erunt corporeæ substantiæ incorporeæ & immateriales.

Quid sit creatio?

93 Deinde: Si ex materia ista incorporea, unita hypostasi increata, resultat Numen, quod principium efficiens; & substantia sic assumpta est principium materiale, ex quo cuncta, quoniam primogenita ante omnem creaturam; quodnam erit principium substantiarum spiritualium? Numen nequit esse: siquidem Numen est materia prima Spiritus-Sancti hypostasi unita. Si substantiæ spirituales immateriales sunt, nequeunt provenire à materia illa, causâ primâ, omniumque principio: aliàs si proveniunt, immateriales nequeunt esse, quæ necessario ex materia constituta. Si non proveniunt, iam non omnia per Numen fiunt. Quomodo ergo erit primum principium, sine quo nihil est factum? Nonne risu dignum, omnia, quia ab illa & ex illa substantia supernaturali, Spiritui-Sancto unita, esse, esse materialia, substantias supernaturales, & spirituales substantias non esse spirituales, quoniam ab illa? Non multæ literæ Zarragam in insaniam adduxerunt. Demùm: Creatio per illam definitur Primi principij constitutio. Ergo Deus nec creavit Angelos; nec tempus, nec cælum, nec terram; isthæc enim non sunt, ut pater, primum principium, quo constituitur creatio. Ante illam substantiam chimericam non potuerunt creati; quippe illa primum principium. Post illam similiter, quia tunc iam supposita materia, quæ creationem excludit. In quot ambages impingit delirus! Creatio nihil aliud est præter productionem rei ex nullo presupposito subiecto, quæ propria Dei est; igitur cum primum sit ens, independens, & illimitatum, non indiget subiecto, cui subicit effectus. Inter agens limitatum & nihilum nulla est proportio: Deus autem vocat quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Sua omnipotenti virtute (dicitur cap. Firmiter de summa Trinitate & fide catholica) Deus simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem: Angelicam, videlicet, & mundanam. Si ex nihilo condidit, prius nihil erat. Si in principio tunc creavit; pridem non erat principium, ex quo suo ordine & tempore singula sin-

gillatim faceret. In principio creavit Deus cælum & terram: id est, ante omnia (ut ait Angelic. Magist. 1. part. quest. 46. art. 3.) Quatuor enim ponuntur simul creata, scilicet, Cælum empyreum, materia corporalis, qua nomine terra intelligitur, tempus, & Angelica natura. Non ergo prius quam ista creata illa substantia supernaturalis, materia prima, tertia persone Trinitatis unita, ac Numini coeva. Avum, quia duratio, est potterior natura præexistente; quia prius concipitur, quòd existat, quam quod permaneat. Iam ergo res erant, dum avum cepit. Prius quam res Deus erat, qui illas ex nihilo produxit. Qua igitur acceptione, vel signo cum Deo Numine avum habebant, ut sint coeva? Erunt coeva, quorum duratio tota simul ex instanti creationis; sed non Creatori coeva, quippe æternus: & est summa distantia inter avi & æternitatis durationem; igitur hæc includit omnem essendi & durandi plenitudinem, ac perfectionem sine ulla possibili successione, aut mutabilitate. Vel Ethnicus astruit, lib. 1. Astronom. cap. 6. v. 33. & 41.

Censet. r. B. Thom.

Omnia mortali mutantur lege creata. — Deus est, qui non mutatur in ævo.

Manil.

94 Dicit Zarraga me insulsum, vel insensatum, igitur haud spiscor discrimen inter Deum Iove & Deum numen. Ut Numen fecit, ut Iove creavit. Ita in Meridian. scint. 2. num. 1. Quæ consequentia, ipse viderit: subdit enim ibid. num. 3. Iovis enim nomine dicitur, Isai. 46. 11. Creavi & faciam: & non dicitur Creavit, nisi in Spiritu-Sancto. Eccli. 1. 9. Iuxta illud Psalm. 103. 30. Emittes Spiritum tuum, & creabuntur: & Iudith. 16. 17. Missisti Spiritum tuum, & creata sunt. Mirum, quod dum legit, Marth. 10. 20. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis; sicque alia, non intelligeret de unione hypostatice Spiritus-Sancti in nobis loquentis. Singulare prorsus acumen! Laudanda sanè deridicula expositio, quasi vox Spiritus-Sancti, & Spiritus Dei accipi non possit nisi de tertia SS. Trinitatis persona, cum Spiritus Dei dicatur aer, gratia, favor, & alia, quæ virtute Dei fiunt. Omittit testimonia, quia ubique pervia. Hoc enim delirio ducti, seductique plures, animam hominis, quæ spiritus, dixerunt particulam divinæ substantiæ, uti refutavimus, Tom. 1. Tautolog. 4. num. 19. Mundumque grande animal & immane (Senec. lib. 7. 99. natur. cap. 2. Plato in Timeo, Cicero. 4. Academ. & Ovid. 15. Metam. fab. 25.) ipsumque Deum Animam Mundi, ut Gnostici, Almericus, de quo num. 78. Macrobi. 1. in Somnium Scipion. cap. 6. & lib. 2. cap. 16. Plutarch. lib. 1. de Placit. Philosoph. cap. 3. Aristotel. 1. de Anima. Cæl Rhodigin. lib. 20. cap. 10. alijque apud Clem. Alexand. lib. 5. Stromat. Unde Virgil. 6. Aeneid. a. 4. 724. succinit:

Acceptio vocis Spiritus Sanctus, & Spiritus Dei.

Mundus grande animal & Deus eius animam apud Ethnicos.

Principio cælum, ac terras, camposque liquentes, lucentemque globum Luna, Titaniaque astra Spiritus intus alit, totamque insula per artus, Mens agit molem, & magno se corpore miscet. Æmulus acuminis Marc. Manil. quòd supr. cap. 3. v. 54. vividius modulatur: Hoc opus immensi constructum corpore mundi, Membraque natura diversa condita formæ Aëris, atque ignis, terra, pelagique incensis Vis anima divina regit, sacroque meatu Conspirat Deus, & tacitâ ratione gubernat.

Virgil.

Manil.

Modum quo intelligebant Ethnici Deum esse animam mundi, videris apud Iustum Lipsium, lib. 1. Philosoph. Stoicor. disert. 7. & 8.

95 Nos autem animam Dei in rebus intelligimus eius virtutem conservatricem, ac ordinem regiminis, providentiamve. Unde Paulin. Epist. 36. Quis enim non videt (inquit) mundum istum corporeum vi incorporeæ gubernari, totamque molem insulam, atque permixtam magno universitatis corpori, divini Spiritus mente, qua facta est, agitari ad vitam? Est enim in huiusmodi regiminis sapientia, ut ait Salomon, Spiritus intelligentiæ sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat beneficiens, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia proficiens, & qui capiat omnes spiritus, intelligibilibus, &c. Favet Stoicus vel Ethnicus loquendo, 4. de Benef. cap. 7. Quid enim (inquit) aliud est Natura, quam Deus, & divina ratio toti mundo, & partibus eius inserta? Iovem illum optim. ac Maxim. ritè dices, & Tonantem & Statorem; stant beneficio eius omnia, Stator, stabilitorque est. Efficacitas, virtutisque divina, custodia

Paulin.

Sapient. 7. v. 22.

Senec.

Quo sensu
Dei verè
animamun-
dit

& tutela creaturarum omnium, dicitur anima Mundi, Spiritusque Dei rerum cunctarum eventum opportunum efficiens; ut observat Ar. Montan. in Appar. de Arcano Sarm. verb. Spiritus & Gandelabrum. Non autem ut excogitavit Petr. Abailardus, damnatus in Concil. Senonensi sub Innocent. II. uti hæreticus (de quo vid. Bernard. Epist. 190. & Alphons. à Castro Advers. hæres. verb. Deus, hæres. 11.) qui quidem Spiritum Sanctum constituit formam & animam universi, quia Spiritus Domini replevit orbem terrarum, Sapient. 1. 7. & plena est omnis terra maiestate eius. Mai. 6. 3. Haud cogitavit, quid Deus excelsior cælo sit, & super stellarum verticem sublimetur: Job. 22. 12. Perperam inclusus in rebus quit esse, si cælum & cæli colorum capere eum nequeunt. 2. Paral. 2. 6. Caperet sanè universus, si Spiritus-Sanctus esset mundi forma, ut potè minor mundo, uti pars mundi. Videamus modò an distet sensus Zarrage ab Abailardi sensu; ut constet, quæ præcipua ille, sibi paravit ad ruinam, dum ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum. Mundi autem anima, quæ Deus censetur (infit Merid. scen. 4. n. 6.) animarum omnium fons. Sed quia diversimodè philosophari solet de Mundi anima; ut claritati & brevitati consulamus, Mundi animæ nomine, nihil aliud, quàm primam causam intelligi debere protestamur. Creaturarum prior est, omnium factorum principium, ut patè prima causa (præmisit ibid. scintil. 3. n. 2.) primæque materiam, quæ Deo coniugi hypostaticè unita creatur, mater omnium: quæ tenebris & carcere cæco, ut canit Virgilius, quò dudum, v. 728.

Virgil.

Inde hominum; peccandumque genus, vitæque volantum,
Et quæ marmoreo fere monstrata sub equore pontus.
Igneus est ollis vigor & cælestis origo.

Doctrina utriusque Auctoris distet sicut ovum ab ovo; sit ergo sub eodem iudicio.

Adhuc inquit demencia distinguendo inter possibilia creandi, & possibilia sciend, quæ sunt Numinis, sicut illa tantum Iovis; quæ possibilia creandi, sunt aliæ substantiæ perfectiores, quam prima creatura. Hæcine absolute fugiunt omnem intellectum creaturam tam hominum & Angelorum, quàm Christi & Numinis; subdit ibid. scintil. 6. num. 2. Possibilia sciend, seu Numinis, consentur omnia in virtute primæ causæ cum ipsamet Numinis substantia, & in ipsa simul creata: quæ nihil aliud importat, quàm ipsamet Numinis creatam potestatem & virtutem. Amenissimum cerebrum! Quom iurè dicere cum Mellisso Doctore, Epist. 192. Cum de Trinitate loquitur, sapit Artamè cum de gratia, sapit Pelagium: cum de persona Christi, sapit Nestorium. Possibilia tam sciend, quàm creandi, Deo congruunt creatori visibili omnium & invisibili omnium, sine phantastica acceptione Numinis & Iovis; ut constat ex factis, creativæ rebus toto hexamero. Iove in sententia Zarrage, est Deus, ut ens à se; cui negat etiam operationes ad intra, uti vidimus, num. 75. Ut Numen Deus nihil aliud est, quàm eius voluntas. Iove (ait Meridian. scintil. 1. n. 3.) non voluntas, sed charitas est: illius enim voluntas creatura censetur, quæ factibilibus omnium causa agnoscitur. Quàm hæreticè loquatur, dicunt Theologi cum D. Thom. 1. p. q. 19. art. 1. ad 3. ubi Angel. Doctor infit: Obiectum divine voluntatis est bonitas sua, quæ est eius essentia: quare per essentiam est charitas, quippe est summum bonum, sui diffusivum, de quo consule Dionys. de Divin. nomin. & Læsius lib. 9. de Divin. perfection. à cap. 3. & quia relatè ad nos primus & præcipuus divinus erga nos actus est dilectio: ita Caictan. in illud 1. Ioann. 4. 16. Deus charitas est.

Voluntas Dei
non est crea-
tura.

Virgil.

Numen ergo pro capto Zarragino est voluntas Dei, quæ creatura, quò sensu Ethnicus, lib. 2. Aneid. v. 778. infit:

Non hæc sine Numine Divum

veniunt. Aut ille finit superi regnator Olympi.

Virgil.

Hinc La-Zerd. in 1. Aneid. v. 12. n. 4. Est enim Numen (subdit) Deorum potestas; Quare dum Deus voluit omnipotentiam, seu potestatem operibus ad extra ostendere; constitutus est Numen: illa, scilicet, creata substantia, Spiritus-Sancti hypostasi unita; quod quidem Patri & Filio non congruebat, uti risimus, num. 88. & 89. Deum cognitum Creatorem per opera facta, simulque eius omnipotentiam (estò non in omnia, quippe non omnia quæ poterat, fecit) inconcussum est: at non nomine, entitative Numinis (quæ vox in huiusmodi sensu non solum Theologis inaudita, sed etiam Ethnicis quæ Numen pro Deo absolute intellexerunt. Virgil. loc. proxim. Numine Iaso. & 2. Aneid. v. 735. Numen anicium.) sed Dei, ut est à se; etenim creatio non alij nisi Deo convenit. Creatio autem; est liber actus Dei; etiam mensuratur æternitate: quippe

Quo pacto
creatio actus
Dei liber,
est necessa-
rius?

pe necessarius quoad totam suam entitatem in recto, licet non necessarius quoad determinationem, seu connotatum. Est enim actus immanens, etiam ut determinatus liberè ad creaturas, quin possit habere initium aut finem; quanvis in actione Dei transeunte sit initium & finis. Actio transtiens est in creatura, ponitque mutationem in illa, & relationem in Deo, qui ex illa denominatur ex tempore Creator, vel Dominus. Actus immanens est in ipso Deo, ab æterno denominans Dominum (estò sine creaturis) quoad potestatem, licet non quoad dominium, quod connotat actio ad extra Creationis. Domini est regnum: & quando fuerint, Ipse dominabitur Gentium. Hinc à Iuda v. 4. dicitur: Dominatorem, & Dominum nostrum: quod sæpe apud Isaiam legitimus. Creatio quidem nihil præter relationem secundum rationem ponit in Deo; quippequam illa ex tempore est denominatio haud quia mutatur Deus, sed quia creatura mutatur. Ad D. Thom. 1. p. q. 13. art. 7. & Augustin. lib. 5. de Trinit. cap. 16. Pendet ergo creatio à Deo, ut Iove, seu ut ens à se est; cum voluerit ostendere potestatem, aut omnipotentiam: non à Deo, ut Numine; quippe Deus ab æterno Numen est, id est, habet potentiam à Deo; quæ profectò dicitur Omnipotentia in operibus ad extra: ubi ly Omni non est intelligendum de potentia, q. d. Omnis potentia; sed de obiecto potentia, quod est ens creabile: id est, ad omne, quod contraditionem non implicat. Quæ de causa cum Deus sit principium principale; ut tale principium in agenda (infit Suar. de Deo uno & trin. lib. 3. cap. 9.) requirit infinitatem simpliciter in genere entis (nimirum, ut Iove, ut Zarraginis utar phantasticis terminis, non sub acceptione detestanda Numinis) quia hæc infinitas necessaria est; ut eminenter constituat omnia.

Quomodò
Dei semp-
ternus
Psal. 21. 19.
Iud. v. 4.

Quid sit om-
nipotentia?

Suar.

De ratione creaturæ est, non esse æternam, nec posse esse. Quare si substantia illa Zarragina, quæ nullam habet substantiam, posset esse Numinis coæva, æterna esset: Numen enim mensuratur ut Numen æternitate. Si Numen ab ævo, & illa coæva Numini; æterna utique, quia Numen æternum. Unde implicat, illam substantiam Numini coævam posse dici, simulque creatam uti diximus, num. 90. Verbum divinum, caro factum, Christus Dominus creatura non est, quia æterna est (ut præmissimus, à n. 55.) productio illius creatio non est, quia æterna est; cum æternitas opponatur creationi. Audi Damascen. 1. de Fide Orthod. cap. 8. Generatio quidem sine principio & æterna, natura opus est, & de substantia eius profecta: ita ut is qui generat, mutationem non subeat ullam; & ut non Deus primus, & Deus posterior sit, atque additionem sinit. Creatio verò à Deo, cum voluntatis opus sit, non coæterna Deo est: quandoquidem suapte naturæ capax non sit, quod de non esse ad esse deducitur: coæternum illi esse, qui sine principio, atque aliquid sempiternum esse. Sic ergo perperam illa foscilata substantia potest esse Deo coæva, si creata: igitur si creata, etiam esset ab æterno, non esset æterna.

Implicat
creatum &
æternum.

Damascen.

AA. orthodoxi nihil creatum ab æterno astruunt: nec inquirunt, An aliquid creari possit æternum? sed, An aliquid ab æterno possit creari? A me quaritur (ait Augustin. lib. 12. Civit. cap. 12.) utrum semper potuerunt esse, qui facti sunt? Aliqui hocine statuunt, eo quod non repugnet ex parte Omnipotentis; quom Deus æquè potens sit ab æterno, ac in tempore. Neque ex parte libertatis divina; cum liberè quicquid vellet ab æterno produceret. Neque ex parte creaturæ; quippe licet ab æterno, ens esset creatum, ideoque non à se, nec cum absoluta necessitate elendi; cum solum exigeret fieri ex non esse sui pro priori naturæ. Nec ex parte prioritatis causæ: equidem causa non requirit prioritatem durationis, sed naturæ tantum: quin necessarium sit, quod à parte antè aliquando non fuerit; sicut non est, quod aliquando futurum non sit à parte post. Neque repugnat ex parte æternitatis, quippe tunc non esset per essentiam, sed per participationem. Consulendi Philosophi in 8. Physic. Aristotel. & Suarius, Metaph. disp. 20. sect. 8. à n. 5. Tunc enim (inquit Richard. Victoria, lib. 2. de Trinitate, cap. 4.) creatura proprie est sempiterna, sed non æterna: quippe in eius sententia, sempiternum potest dici, quod caret principio & fine: æternum autem ultra requirit immutabilitatem. Ego in contrarium voces acciperem: æternum nempe, quod caret principio & fine: sempiternum verò, quod immutabilitem addit æternitati; quapropter frequenter ab Ecclesia dicitur: Omnipotens sempiternus Deus. Verum hoc de nomine questio. Hocine sensu, quia æternitatem non haberent ab intrinseco, sicut Deus; etiam ab æterno fuissent Angeli, dicit Augustin. loc. præfat. Per hoc etsi semper fuerunt, creati sunt: nec si semper fuerunt, ideo creatori coæterni sunt. Ille autem semper fuit æternitate immutabilis; isti autem facti sunt. Optime Facti, quia si facti, creaturæ;

Augustin.

Cur nõ æter-
num ali-
quid, est
ab æterno?

Richard.

Quid æter-
num & sem-
piternum?

Augustin.

CECA.

creaturaeque repugnant immutabilitas. Idcirco praemisit, factos fuisse, vel in suppositio-
ne quod fuissent ab aeterno; *Ne aliquam Creatori creaturam coaeternam esse dicamus, quod
fides, ratioque sana condemnat.* Si Zarraga dicit, nec fidem, nec rationem utriusque ha-
beret. An dices aeternum, quod in principio temporis, eod quod principium temporis
non sit tempus, & quod non tempus, aeternitas? Dicit ibid. *scintil. 2. num. 5. Tempus
ab initio capit, sed in primo instanti rationis non existit tempus, sed temporis prin-
cipium, quod omnia praecessit tempora.* At quid ex hoc? Quia creata in principio tem-
poris, erunt aeterna etiam creata? Refragor Tom. 3. Tautol. 8. num. 39. Vide D. Thom.
1. part. *quest. 46. art. 1. ad 7. & art. 3. ad 3. Mundus factus est in tempore, sed non
cum tempore:* ait Angustin. quod dudum, *lib. 11. cap. 6.* Non sunt aeterna, quae in prin-
cipio creatae durationis: principiumque dicitur temporis & negativè, eod quod nihil
praecesserit; & positivè, eod quod primum simul cum alijs creatum: equidem etiam
initium temporis non fuit tempus physicè (quippe successio acquirit esse in instan-
ti secundum proprium suum esse) metaphysicè, seu intellectualiter aliquid tempus
secundum suum initium concreatum est, datumque in initio creationis initium
intrinsecum talis temporis; *quia tunc prima pars illius existit:* ut ait Suarez de
Univers. lib. 1. cap. 9. numer. 8. Sic ergo in principio vel initio temporis factum
est tempus, quod vocat *informe* Angelic. Doctor, 1. part. *quest. 66. art. 4. ad 2.*
In initio temporis praecedentis alia tempora, exeperunt omnia cum prima causa: subdit
Zarraga, *Meridian. scint. 2. numer. 5.* scilicet, illa substantia coeva Numini. Quomodo
coeva Numini, si initio temporis facta? Quae gaudent mensura temporis, sunt ci-
tra aevum. In initio temporis, ut vidimus, erat aliquid tempus: qua lege aevum in
illa substantia in tempore condita, dum aevum tempus excludit? Confule D. Thom.
loc. citat. *quest. 10. art. 5.* Deinde tempus in initio temporis factum est: tempus Numi-
ni non est coevum; etenim nota durationis Numinis non est tempus, sed aeternitas;
implicat ergo aeternitas & tempus vel in principio temporis praecedentis alia tem-
pora.

Quomodo
monstrat
duratio tem-
poris, & non
cum tempo-
re
Idem.

Suar.
Quid sit te-
pus infor-
me

Meridian.
scintil. 2. num.
5.

Implicat
tempus ante
tempus.

Angustin.

Meridian.
scintil. 2. num.
5.

Meridian.
scintil. 2. num.
5.

Creatio est
creatura est.

100 Distinguit acumen Auctoris splendorum & scintillarum (praelarene?) tempus
signatum & non signatum. Signatum, quod ab Astris: non signatum (quod etiam si-
gnat occultum & indefinitum) quod ab aevum. *Tempus enim non signatum, aevum:* di-
cit ibid. Patet ludibrio bellum cogitamen. In principio temporis, quo creati simul cum
tempore Angeli, fuit Angelorum aevum; & erat tempus signatum. Hinc tempus non
signatum haud erit aevum. Quid ergo erit? Tempus, & non aeternitas, quam substan-
tia chimericè tribuit gratis & ex bene esse Zarraguina generositas ratione coaevitatis
cum Numine. Inquiri, dum formatum huiusmodi embolium, erat tempus, vel non
erat? Si erat, vel in initio temporis, nihil aeternum. Si non erat tempus, unde ini-
tium temporis alia praecedentis tempora? Audiendus Angustin. loc. cit. *lib. 12. cap. 19.*
*Si non omni tempore fuit tempus; erat ergo tempus, quando nullum erat tempus? Quis
hoc stultissimus dixerit? Zarraga. An dicendum est, & semper illos (Angelos, nimirum)
fuisse, quoniam omni tempore fuerunt, qui cum tempore facti sunt; aut cum quibus fa-
cta sunt tempora, & tamen creatos? Patet implicatio, dum exponitur illa substantia
creata, & simul Numini desponsata coeva. Si creata in principio temporis, principium
temporis haud aevum Numinis. Dices si ex principio temporis aevum Angelorum, aevum
erit illius substantia principium temporis, praecedentis alia tempora. Negatur suppo-
situm, quia ante tempus, ex quo aevum Angelorum, non fuit tempus: & sine tem-
pore nequit esse principium temporis, praecedentis alia tempora, in quo fingitur coaevi-
tas substantia unita Deo Numini. Ab initio & ante saecula in principio creatam, non
aeternam; astruit *Meridian. scint. 2. numer. 4.* & allucinatur. Si ante saecula, aeterna est
si in principio temporis, non praecedit tempus, nec est ante saecula. Quid hoc? Maximimi
caliga.*

101 Nec valet effugium temporis signati & non signati; etiam prius fuerit non signa-
tum, quam signatum: igitur si tempus quomodolibet, non potest esse coeva Numini
illa versatilis, mira substantia. Si non tempus, quomodo dicitur non signatum quando
etiam tempus non signatum signatur tempus? Oedipo opus est, sed Zarraga Davus-
Videat. Creatio etiam est creatura, quam uti actio praecedere debet. Ita D. Thom.
1. part. *quest. 45. art. 3.* Suarezque, *Metaphys. disp. 20. sect. 5. a. num. 2.* Ergo creatio
praecedit omnem creaturam: qua quidem praecedentia nequit esse creatura, quia crea-
tura nequit esse, quae omnem creaturam praecedit. Erit ne creatura ante creaturam? Dicit

Zarraga

Zarraga emungens cerebri nares, *Signatè, & non signatè.* Ridebimus. Aliud: Nulla re-
gula sine rectitudine, si verè regula. Nulla sicine argumentando, erit, nec quit esse re-
gula. Si est, per quam regulam facta, qua rectitudo regulæ conset? Si sine regula, non erit
regula. Si cum regula, iam non regula illa; quoniam iam erat regula, per quam regula fa-
cta. Dicit profecto regulam non signatam, ante signatam. Dicit, & ludicra dicit. Vide
an ludicra. Interroganti (inquit, *Meridian. scintil. 2. n. 6.*) *cur Deus in principio creavit,*
*quod antea non creaverat; negari debet suppositum: quia Deus in principio temporum
creavit principium: & ante principium implicationem exprimit.* Quorsum ita? Inquiri-
tur, cur non antea creata, quae creata in principio, quia nullum potest assignari initium
determinatum, ante quod creati omnipotentia non possit, quod omnipotentia in prin-
cipio creatum; & respondens negando suppositum, quia ante principium nullum prin-
cipium? Quodnam principium illud, ante quod nullum, quia primum; quom nihil sup-
ponatur creatum, dum inquiritur: *Cur non creatum pridem, quod in principio creatum?*
Deblateras sanè nugipolyloquides.

Nuge Zar-
raguina.

102 Cùm ex errore sit error; quia tunc error simul & furor: ex constitutione Dei
sub munere Numinis, fingit Zarraga illa substantiam coevam. Numen, ait ibid. con-
fiscitur, dum love creat: & primò creata fuit illa substantia supernaturalis, materia
prima, ex qua omnia, cuius duratio dicitur aevum, Spiritus-Sancti hypostasi unita. Si
tunc cepit aevum Numinis, & illa substantia; proculdubio Numini coeva. Hic aptè
negandum suppositum: tum quia Numen non habet aevum: igitur si Numen est ac vir-
tus, potestave omnipotentis expressa per creationem; ab aeterno habuit, & habet om-
nipotentiam: tum quia aevum non mensurat increata. Unde illa chimerica substantia,
quia creata, Deo ut Numini non erit coeva. Nec quia unita Spiritus-Sancti hypostasi:
etenim illa unio hypostatica, impossibilis prorsus, & innominabilis, est fuisse, non
esset Numen, sed unio materiae primæ, vel substantia aliena Numini: quo sanè constat
delirium coevitatis. Hoc profecto nihil aliud est, quam mentem (si mens) in pascua mit-
tere. Fanaticus es.

Nulla coe-
vitas rei
creatae cum
Numine.

Quicquid ais, vanum est: quicquid moliris, ineptum.

Mantuan.

103 Iam ergo in abominabilem blasphemiam, nimirum, illam substantiam supera-
naturalem, materiam primam, unitam fuisse Spiritus-Sancti hypostasi. Quia sanam
doctrinam luci-fuga non sustinet, ad sua desideria coacerbat sibi Magistros. At quos?
Insigniores: Sacram Scripturam, SS. PP. Ius civile & Pontificium, aliaque retorquet
ad infomina, novæ inventionis acumina. Unde sine fronte audent proferre in Prologo,
seu *Avorra*, num. 6. *Præceptor Angelicas, Augustinus & alij Patres: quibus nos (est
aliquando contra videamur dicere) lucem afferre & consensum præstare protestamur.*
Bellè quidem. Prius videre oportebat, ne quis te deciperet per philosophiam & in-
anem fallaciam, secundum traditionem hominum, seductum & circumductum omni-
vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris, secundum
elementa mundi, & non secundum spiritum. Quorsum huiusmodi haereticum delirium?
Hæcine hypostatica unio (inquit, *Meridian. scintil. 4. num. 1.*) *non datur à Catholica Ec-
clesia apparet definita; sed nec in contrarium aliquid authenticè legitur: quin ex sacris
litteris meridiano clarescit splendore.* Proh pudor! Non solum non definita, sed nec au-
dita. Quomodo demare quibat, quod in mentem fide imbutam nec venire posse catho-
licè cogitabat? Ecclesia non definit hæreses, sed anathematizat, proligat, & arceat. Ut vidit,
fecit, & iure fecit. Terreat, quod Servator N. dixit, *Luci. 12. 10.* *Omnis qui dicit verbum
in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in Spiritum-Sanctum blasphemaverit, non
remittetur.* Ad unguem cadunt Bernardi verba de *Errorib. Abailardi*, cap. 5. num. 111.
Omnes (inquit Abailardus) *sic: sed non ego. Quid ergo tu? Quid melius offers? Quid
subtilius invenit? Quid secretius tibi revelatum iactas, quod tot præterierit sanctos, Bernard.*
*effugerit sapientes? Aquas furtivas, & panes absconditos puto appones nobis iste. Dis
tamen, dic quicquid illud est, quod tibi videtur, & nulli alteri.* Dicit effrons. Prima,
scilicet, creatura rationalis, incorporea, supernaturalis substantia completa, materia
prima, prima causa, Deo coniugi hypostaticè unita. Nil simile natum ex Erebo.

Summum
Zarraga de-
lirium.

Et blasphe-
mia.

Bernard.

Peccatoraque unxerunt Erebea felle colubæ.

Erebi tamen tranabimus amnes.

Orid.

104 Ex hypostasi Spiritus-Sancti & materia prima unum per se substantiale! Ubi
ostium, ubi facies, ubi mens? Tantum in Ecclesia auditum, ex Verbi divini hypo-
stasi & humanitate, esse unum per se substantiale; quod Christus, minor Patre secun-
Tom. V. V. dum

Spiritus Sancti hypostatis rationem in Spiritu Sancto.

dum humanitatem, & Patri secundum divinitatem æqualis: utrunque profectò verum ratione duplicis substantiæ in una persona. Idem dicit Zarraga de Numine, ita dictum ex hypostasi Spiritus-Sancti, & illa substantia chimerica. Unum & multiplex: unum, ratione personæ; multiplex ex substantiarum pluralitate. Quærens Iove, stabiliis; quatenus Numen, mobilis causa. Deus simul & creatura, ancilla & domina, primus & novissimus; ut supr. vidimus, num. 77. Quis sine fulmine audit, ad quæ mens effrenis aude? Quis non succenset auditis? Si sic Spiritus-Sanctus, nec si Spiritus-Sanctus est, audivimus.

Qui furit, insanit: qui verbò insanit, amaro Impatiens animo, nec corda, nec ora gubernat.

Mantuan.

Ad quid illa phantastica compositio? Ut Deus conderet hominem? Siccine, mirabilis non reformavit: etenim ut reformaret mirificè, divina Verbi persona assumpsit humanitatem: & ut conderet, persona Spiritus-Sancti illam chimericam substantiam iam assumperat. Tunc non novum, *Pocina circumdabit virum*. Ierem. 31. 22. Idem, filium Dei, qui dicitur *Vir* virtute Patris, & splendor genitoris. Hebr. 1. 3.

Unio hypostatica nisi semel, & humanitati est manitari non debet. Suar. D. Thom. Ildophon.

105 Unio hypostatica non debuit multis communicari (etsi possibilis trium divinarum personarum) nec alij naturæ præter humanam. Qua de causa Gentium Doctor ibid. v. 5. & 13. subdit: *Cui enim dixit aliquando Angelorum, filius meus es tu, &c. & cap. 2. 16. Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahamæ.* Ad ampliorem excellentissimam tanti, talisque mysterij commendationem attinebat, hoc opus esse unicum & singulare: ait Suarius in 3. part. D. Thom. *quæst. 1. art. 1. in Comment.* Angelic. Doctor, ibid. quæst. 2. artic. 9. infit: *Est maxima unio.* Ildophonus de *Virginitate Mariae* dicit: *Inauditum oraculum, inauditum opus, incognitum arcanum, invisum sacram.* Hoc opus nugis Zarragæ nec incognitum, nec inauditum, nec invisum, nec insutatum; quàm ab initio & ante sæcula, materia prima signetur unita hypostaticè Spiritu-Sancto. Angelos filius non apprehendit, & Spiritus-Sanctus materiam primam apprehendit? Apagè fatue delirans. Quid dicis? *Spiritus-Sancti creata substantia, est omnino spiritualis* (infir. *Meridian.* scint. 5. num. 1.) *Minimè annunceratur cum substantijs denominatis Angelicis; genere enim distinguitur ab illis: quare non solum Deus filius nusquam Angelos apprehendit, sed nec Entitatis Continæ.* Ergo substantia illa apprehensa, à Spiritu-Sancto non est genere distincta. Agit philosophum, sicut agit theologum. Ergo dum filius Dei hominem apprehendit, natura divina & humana non distinguantur genere. Ergo vel humana in Christo, filio Dei, genere non distinguitur; vel distinctio generica haud impedit, quod Spiritus-Sanctus apprehendisset Angelicam, de centiorem materiam primam. Efficit Zarraga quicquid venit in buccam.

Repugnat materiae primæ.

106 Solummodò materia prima in illius iudicio, quoniam haud habuit dum dixit, personata fuit à Spiritu-Sancto. Siccine illam Deus facit. Liqueat: Christus Dominus Deus est haud alià de causâ, nisi quia eius humana natura unita fuit hypostasi Filij Dei: si materia prima, ornata coloribus substantiæ spiritualis, &c. subsistit hypostasi Spiritus-Sancti; Deus utique erit: invenitur enim vel in natura creata increata subsistentia. Creatam illam dicit, ex quo claret creatura; quod quidem rectè dici hoc supposito nequit, dum subsistit hypostasi Spiritus-Sancti, nisi cum addito, ut diximus de Christo contra Arianos, num. 55. siquidem Christus, etsi habeat naturam humanam, absolute nequit dici creatura, quia subsistit in persona Filij Dei. Macedonius, ut ait Basilus *adversus Eunomium*, Ambros. de *Spiritu-Sancto*. ad Gratian. Platina in *Vita Pelicis*, & Caffro cum multis alijs *Advers. hæres.* lib. 5. liter. D. asseruit, Spiritum-Sanctum esse veram creaturam, ac Patris ministram. Idem profert Zarraga, quò supr. *Scint. 2. n. 3. & scintill. 3. n. 3.* Nonne iam damnatum ab Ecclesia in Concilijs Constantinopolit. Chalcedonens. & Laeracenijs? Absitnebimus nunc à censura? Iam minimè tuum opus Theopoliticum dico damnabile, sed damnatum. An creaturam profundè signabis, ut sentias siml cum Angelis pacis, amarè stentibus, passionibus, simulque affectionibus rationalium (uti retulimus, num. 78.) quia *postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus?* O magnus in magnis Nec Hebraismi, nec præcepta rhetorica te latent. Nescis, auctorem operis dici, qui influit in opus? Vide quæ præmissimus, *Tom. 3. T. 10. n. 12. T. 14. n. 3. & Tom. 4. T. 5. n. 10.* Dum dicitur, Matth. 10. 20. *Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis; loquitur, vel facit loqui?* Similiter Galat. 4. 6. *Misit Deus Spiritum filij sui in corda nostra, clamantem, Abba Pater.*

Rom. 8. 26.

Auctor operis, qui in opus influit.

107 Quomodo nisi hypostaticè potest dici (ogganit msa Zarraguina) creata in

Spiritu-Sancto illa substantia? Ita Eccli. 1. Negavimus suppositum, num. 87. quia ibi Siracides loquitur de Sapientia, haudquaquam de materia prima ludicè supernaturali substantia. Quia dicitur *In Spiritu-Sancto, ly In importabit subsistentem personam divinæ, cui coniungenda?* Cerasissimum ratiocinium Ioann. 1. 1. dicitur: *In principio erat Verbum, id est, in Patre. Verbumne, quia in illo, subsistit hypostasi Patris constituenta personam?* Idem, Actor. 17. 28. *In ipso enim vivimus, & movemur & sumus.* Coloss. 1. 16. *In ipso condita sunt universa, in cælis & in terra, visibilia & invisibilia.* Num. in Verbo, hypostate Verbi? Ephes. 1. 10. *In laurare omnia in Christo, quæ in cælis & quæ in terra sunt, in ipso;* signabit cuncta instaurata subsistere hypostate Christi? Quos deiros vidi, verum te maiorem, neminem. Dum dicitur Sapientiam creatam in Spiritu-Sancto, Eccli. 1. 9. Idem est, ac ex & in amore creavit, non necessariò. Si vis attributivè exponere, non peccabis; amor enim Spiritui-Sancto tribuitur: *Deus charitas est.* Vid. num. 96. Quicquid creatum dici quit creatum in Spiritu-Sancto, quia esse accepit ex non esse ex libero Deitatis amore: unde dicitur, Apocal. 4. 11. *Tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant* (obiective in mente divina) *& creata sunt.* Quid dices, quum in Græco & Maluend. non legitur *In Spiritu-Sancto;* sed tantum: *Ipse creavit illam?* Quid, dum apud plures legitur: *Ipse creavit illam Spiritus?* Hoc est, tota Trinitas, quippe Spiritus & Sanctus essentialiter convenit tribus personis; notionaliter, solummodò tertix: quare Pater & Filius dicuntur Spiritus-Sanctus; quia Deus Sanctus est, Levit. 11. 44. & Spiritus est Deus: Ioann. 4. 24. 2. Cor. 3. 17. *Dominus Spiritus est: & propter Trinitatem dicitur Isai. 6. 3. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus.*

In non sua hypostasi eius, in quo, vel de quo.

Maluend.

Spiritus & Sanctus con venit tribus Trinitatis personis.

108 Denuò in ridiculam illam unionem hypostaticam, priorem quàm Verbi cum humanitate Christi. Quod fuit opus dignationis Verbi, esset profectò indecens incongruum, indignumque in Spiritu-Sancto: tum quia assumeret quod ultimum & infimum in entibus substantialibus: qua de causa August. 12. *Confess.* cap. 7. loquens de Angelo & Materia prima sub metaphora Cæli & Terræ, subdit: *Propè nihil. Unum, quo superior tu esses: alterum, quo inferius nihil esset.* Tum, quia ad nihil erat necessarium: imò nec convenientis. Quamnam ergo convenientia in compositione hypostatis Spiritus-Sancti & materiæ primæ? Huiusmodi mirificum opus, quousque Verbum carnem sumptit, à sæculo non auditam. An ut illud suppositum fieret principium creaturarum, & prius omnibus? Sic ergo. Quando facta huiusmodi hypostatica unio? In principio? De fide est, omnia facta & sine hæcine chimerica unione. *In principio creavit Deus cælum & terram.* Non solum persona Spiritus-Sancti mundum condidit, ut fuse infr. num. 111. (sicut sola persona filij carnem assumpsit: etenim licet totius Trinitatis opus, solummodò Verbum caro factum est) quia actio Creatoris indivisa in tribus personis. Si unio facta ante res creatas, vel principium rerum creandarum; ubi illa creatura erat, vel illa substantia Numini coæva cum omnibus alijs insulis? Estet otiosa tota illa duratio, cum nihil ageret: vel si aliquam operationem fecit, ut gauderet Ubi spiritali, nihil perfecit; igitur usque in principium creandarum nihil factum, nec perfectum: esset utique imperfectum agens, sine termino suæ perfectionis, ad quem illa substantia creata. Hinc SS. PP. asserunt, nullum ens creatum secundum naturam suam posse æternum esse. Ad Athanasium, Orat. 2. contr. Arianos, & Pavon. de *Theolog. natur.* p. 2. distinct. 2. n. 963.

Augustin.

Repugnat unio hypostatica Zarraguina.

Genes. 1.

109 Ita enim proteruntur, quæ consequenter è cerebello putido elicit, ibid. *scintill. 7. n. 1.* de ubicatione primæ creaturæ, ex qua omnia, tanquam prima causa. At perpendiculariter ulterius speçabilis fatuitas. De creatura prima, *quæ ipsamet Spiritus-Sancti censetur persona,* ut ex illo vidimus, numer. 77. subdit, *Meridian.* scint. 2. num. 3. & *Vespertin.* scintill. 1. n. 2. Spiritus-Sancti seu Numinis creata substantia completa & in se formata, respectu facturarum omnium informis materia existebat. Iam Deus venit in compositionem generis vices causæ formalis, quod inficiantur orthodoxi cum D. Thom. 1. p. q. 3. art. 8. & Dionys. de *Divin. nominib.* cap. 2. igitur illa substantia completa erat & formata, etsi ad alia quorum erat principium esset informis. Unde illa omnia principia esse habebant divinæ substantiæ (ut diximus, num. 92.) cum haberent essentiam ex illa substantia formatâ à Deo Iove, & informata Numine. Materia creata fuit cum forma, ut Nos diximus, *Tom. 1. T. 1.* à num. 27. ex D. Thom. 1. p. q. 44. art. 2. ad 3. Si illa chimerica Zarraguina erat informis ad alia, & in se completa formâ; forma ex quanam ergo substantia, nisi illius cuius hypostasi subsistebat? Quis, inquit, legit, *Tom. V.*

Et substantia completa & informis.

vel audivit in philosophia substantiam simul completam & incompletam? Quomodo completa erit materia prima, quae principium materiale in genere substantia, cum ordine ad compositum, cum alia substantia, quae compositi forma? Zarraga novorum demoniorum videtur annuntiator. Singulare phantasma. Secna nobilis, materia prima completa. Quid si simul substantia supernaturalis intellectiva? Quid, si Numinis coeva? Quid denique, si Spiritui-Sancto hypostatice unita? In quodam occipit, aut cuiusdam linguam venient tot dicibula? Claret cerebrum Cimmerijs tenebris circospectum, & adhuc ludit. Plafum in Aquilone quarit & ambit. *Expedi* (dicit cum Theodorico apud Casiod. 3. *Var. Epist.* 51.) *interdum desipere, ut populi possimus desiderata gaudia continere.* Omnia inculcat & miscens sacra profanis. Sese inventorem idiotis harelum facit, cum rancidas excitet, seu potius extumulet. Audiatur Irenaeus, ut constet modus Zarragium interpretandi Scripturas, & ars rutila surripendi ab haereticis phantasia. Discrimen tantum intercedit in eo quod unusquisque eorum in viam suam declinavit. De se Simon Magus dicebat, *Semetipsum esse* (ait Irenaeus lib. 1. *contr. Haeres.* cap. 20.) *qui inter Iudaeos quasi filius adparuerit: in Samaria autem quasi Pater descendere;* & in reliquis vero gentibus quasi Spiritus-Sanctus adventaverit. *Esse autem se sublimissimam virtutem, hoc est, cum qui sit super omnia Pater, & sustinere vocari se quodcumque eum vocant homines. Simon autem Samaritanus, postquam universa haereses subfiterunt; habet huiusmodi facta materiam.* His Selenem quandam, quam ipse a Tyro civitate Phoenices quaesuriam cum redemisset, secum circumducens dicens, hanc esse primam mentis eius Conceptionem, Matrem omnium, per quam initio mente concepit Angelos facere & Archangelos. Hanc enim Ennoiam exilientem ex eo, cognoscentem quae vult pater eius degeedi ad inferiora, & generare Angelos, & Potestates, a quibus & mundam hanc factum dixit. Postea quam generavit eos, hac detenta est ab ipsis propter invidiam; quoniam nolent alterius progenies cuiusdam putari esse: ipsum enim se in totum ignoratum ab ipsis. Ennoiam autem eius detentam ab ijs, quae ab ea emissa essent potestates & Angeli: & omnem contumeliam ab eis passam, ut non recurreret rursum ad suam patrem; usque adeo ut & in corpore humano includeretur, & per secula velut de vase in vas transmigraret in altera muliebria corpora. Fuisse autem eam & in illa Helena, propter quam Troianum contractum est bellum. Transmigrantem autem eam de corpore in corpus, ex eo ut semper contumeliam sustinentem, in novissimis etiam in fornice profuisse: & hanc esse perditam ovem; quapropter & ipsum venisse, uti eam asumeret primam, & liberaret eam a vinculis; hominibus autem salutem praestaret per suam Agnitionem. Agnitionem dicebat (sive Sapientiam) quia de cerebro suo natam referebat: quae de causa mystici Sacerdotes (infit) imaginem quoque Simonis habent factam ad figuram Iovis, & Selena in figuram Minervae. Iustin. *Apolog.* 2. inquit: *Samaritae primarium eum Deum adorant, una cum Helena quadam, quam appellant Primam Intelligentiam.* His subscribunt Cyrill. Ierofolym. *Cateches.* 6. Theodoret. lib. 1. *Haeretic. fabul.* Tertullian. *Apolog.* cap. 13. refertque Euseb. lib. 2. *Histor.* cap. 12. additque Nicetas lib. 4. *Orthodox.* cap. 1. *contr. haeres.* 21. *Helenam vocabat Primam Notionem.* Confer doctrinam Zarragae cum huiusmodi haereseon sentina; distabantque figura, quantum ovum ab ovo. Etiam in collationem adducenda Basilidis deliria. Hic ut alius aliquid & verisimilius advenisse videatur (subdit Irenaeus ibid. cap. 23.) *ostendit Nun primam ab innato natum Patre: ab hoc autem natum Logum: deinde a Logo Phronesis; a Phronesi autem Sophiae & Dynamis: a Dynamis autem & Sophiae Virtutes & Principes & Angelos; quos & Primos vocat, & ab ijs primum caelum factum: deinde ab horum derivatione alios item factos, aliud caelum simile priori fecisse; & simili modo ex eorum derivatione cum alijs facti essent, antypis eis qui super eos essent, aliud tertium deformasse caelum, & a tertio deorsum descendendum quartum: & deinceps secundum eam modum alteros & alteros Principes & Angelos factos esse dicunt, & caelos CCCLXXV. quapropter & tot dies habere annum, secundum ordinem Caelorum. Eadem invenies apud Tertullian. de *Prescription. advers. Haeretic.* cap. 46. (refertque Euseb. lib. 4. cap. 7.) Vide Pamel. hic num. 304. Unde iocatur idem Tertullian. lib. 1. *Carmin. advers. Marcion.* v. 163.*

Casiodor.

Deliciae Simonis Magi

Iren.

Imago cuius inquit Iovis parturientis

Iustin.

Nicet.

Basilidis haereticae interitus

Iren.

Tertull.

Quenam dicitur Angelorum religio?

Tantos esse Deos Basiliden credere iussit, Quantos & dies annus habet, tot denique mundos.

Mundos, id est, caelos. Adi Epiphan. *Haeres.* 31. ubi nominatim enumerat. Hae est religio Angelorum, in quam invehitur Doctor Gentium, dicens: Nemo vos seducat vocans

lens in humilitate & religione Angelorum. Ita & aliter delirat Zarraga ovo prognatus eodem. Nec lac lacti similis, imo veneno venenum. Dic modò vel meum, an haec damnata ab Ecclesia. Ergo tibi consule. Vide. Megethius, Marcus, Droferius, Valens & Marinus haeretici, quos videris apud Origenem in *Dialog. de Recta in Deum fide*, interpretre N. Ioachimo Perionio, assererebant quam tu exhibes distinctionem inter Deum Iove & Numen, et si alij vocibus. Dicebant enim tria esse principia, scilicet Deum bonum (quem Iove dicis) Deum opificem (quem Numen vocas) & Deum malum. Bonum praesse Christianis, Opificem Iudaeis, Malum Gentibus. Opificem condidisse mundum, sed Bonum illo esse praestantiorum: Christumque non esse Opificis filium, & alias leges Christum, alias Opificem tulisse, quas Christus abrogavit, Confer mi homo, vide si haec damnata sunt ab Ecclesia, & tibi consule.

110 Olim a Philatrio in *Catalog. haereseon*, dicta fuit terra, quae a Deo in principio facta (quam vocat D. Thom. 1. p. q. 46. art. 3. materiam corporalem) non proprie terra, sed Hyle, quasi matrix omnium rerum. Sumpsit ex Platone in *Timeo*, ubi Plat. *Fuit enim Hyle materia prima sine qualitate, & sine quantitate, sine colore, sine specie, sine loco, sine tempore, inter aliquam substantiam & nullam existentem.* Quod quidem delirium sensu non ita impervio, exponit Grannuylle, lib. 8. de *Propr. rer.* cap. 1. Refutativum, *Tom. 1. Taut. 1. a num. 8.* Hanc demerentiam fopitam tot retis faculis, imò sepultam, & pulvere excitavit Zarraga, tertius de caelo cadens Cato, spes altera Romae: sed quia sic vifa ab illo nimis nuda, radis, indigetaque moles; ornavit floride, coloit luculenter, ac infertavit polite, proferens, ut vidimus, numer. 92. *Spiritus-Sanctus in ipsius creata substantia* (pende *Ipsius creata substantia* ad supr. dicta, num. anteced.) *peculiariter omnia facit. Creato omnia simul in Principio, primaque materia, ut suo ordine & tempore ex illa singula sigillatim faceret. Constituit principium efficiens & materiale, quod mystica illius censetur manus, qua omnia fiunt.* Ita in *Meridian.* scintill. 2. num. 1. & 3. *Materia prima principium materiale, in consensio esse apud omnes: verum effectivum? Quis huc usque protulit? Quomodo principium efficiens, si dicis Ex illa? Quo pacto mystica Dei manus, si ex illa omnia? Materia prima est primum subiectum, ex quo aliquid fit, iuxta Aristotel. 1. *Physic.* text. 82. si ex quo, perperam erit efficiens. Quis efficiens constituit subiectum? Invertentur principia & causalitates. Quis materiae primae dedit agere efficienter, quam Philosophi haud infimi subfelligij, quia pure potentia, vel potentia mere passiva, negant actum entitativum? Vel illa efficit, vel non efficit? Si efficit, non est ex qua: si non efficit non est formata & completa substantia. Si efficit, non est informis: si non efficit, non est formata. Omne tulit punctum! Quia creata, erit principium materiale & efficiens, dum implicat principium efficiens & materiale? Si ex qua, non per quam. Quomodo illa prima materia erit Quae, si ex qua tanquam principio cuncta perfecta? Aliquid, ni fallor, invenit Zarraginum acumen (sed non promit) inter primam materiam, & materiam primam.*

111 Haecine tolerari quibant, quia haereses in Philosophia; sed sustineri nequit, quod omnia ex illa & in illa Spiritus-Sanctus fecerit. Dixi num. 108. in operibus ad extra, opera Trinitatis indivisa. Astipulantur Theologi cum D. Thom. 1. *part. quaeft.* 45. art. 6. constatque ex Eccli. 18. quod quidem testimonium sine reflexione a multis praeferunt, cum efficacissimum. *Qui vivit in aeternum, creavit omnia simul.* Licet frequenter argumento hexaemeri respondeatur, simul creata cuncta quoad substantiam, et si non quoad species; haud arbitror de creaturis intelligendum ly *Simul*, sed de Creatore. Per attributionem sepe saepius creatio dicitur de Patre: unde nos dicimus: *Patrem omnipotentem, Creatorem caeli & terra:* verum cum simul non fecerit omnia, igitur conitat *Genes.* 1. opus sex dierum; ly *Simul* intelligendum de Patre, qui simul cum duabus alijs personis creaverit. Per attributionem etiam de filio dicimus: *Per quem omnia facta sunt;* in quantum habet eandem virtutem, sed ab illo, nimirum, a Patre; qui principium, & non a principio, sicut filius. Similiter de Spiritu-Sancto, quod omnia vivificet creata a Patre per filium; quia habet eandem virtutem ab utroque. Vide D. Thom. loc. cit. ad 2. argument. Sic in corpore articuli dicit: *Creare non est proprium alicui personae, sed commune toti Trinitati: sed tamen divina persona secundum rationem suae processionis habent causalitatem respectu creationis rerum.* Hinc Augustin. 12. *Confess.* cap. 7. exclamat: *Tu Domine, qui non es alijs aliud, & alia aliter, sed idipsum & idipsum & idipsum: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omni-*

Quid Hyle Plat.

Simul principium efficiens & materiale.

Aristotel.

Eccli. 18. 1.

Non Spiritus-Sanctus sed totius Trinitatis est mandatum creatio.

D. Thom.

Augustin.

Dionys.
Quo sensu
singulari
per se
naribus

omnipotens: in principio fecisti cælum & terram una trinitas, & trina unitas. Dionys.
de Divin. nomin. cap. 1. inquit: Unitas unitatis unificata, ita ut tota Trinitas cuncta crea-
ret. Hæc de fide. Nova enim quadam infers Zarraga auribus nostris. Qua dic audaciâ
asseris solummodo Spiritum Sanctum in ipsius creata substantia fecisse omnia? Quamnam
Spiritus-Sancti creata substantia? Fecisti enim cælum & terram non de te (ait Augustin.
loc. præf.) nam esset æquale unigenito tuo, ac per hoc & tibi: & nullo modo infirmum esset, ut
æquale tibi esset, quod in te non esset: & alius præter te non erat, unde faceres ea Deus.

Augustin.

Erubescere miser, vel abi ad corbos. Quomodo Deus ut love omnia simul creavit in illo
principio, ex quo Numen; ut ex illo principio Numen tuo ordine & tempore singula
sigillatim faceret? Iam Zarraga præmium inadæquatum (etsi accisset) gyrgatus pro eva-
cuatione sincipitis læsi: fortissimè utendum loris. Quaramus ergo (inquit Augustin. de
Quinq. hæresib. cap. 3. unde Zarraga uti aranea haurit de rosa venenum) lapidem, quo
Idem. percussus quassetur, quassatus comminuetur, comminutus in pulverem con-
vertatur, conuersus in pulverem compliatur, complutus seratur, satus faciat fructum,
non qui igne consumatur, sed qui in borreo recondatur.

Idem.

Ioan. 1. 3.

112 Ne aliquid refert, quo calcipiter pravitas, dum audit de Filio Dei, Verboque
Patris, Omnia per ipsum facta sunt, quasi fuisset instrumentum; genuine exponendum
testimonium. Sicut de Spiritu-Sancto, qui quia miniliter Patris (uti dixit Macedonius)
dissimilis, & non consubstantialis; ut vidimus, num. 106. sic dictum de Verbo, filio
Dei ab Arianis, esse creaturam; per quam tanquam per instrumentum vivum Pater
coudiderit omnia. Ruffin. lib. 10. Histor. & Tripartit. lib. 1. à cap. 12. Augustin. de
Hæres. cap. 58. Dictum ergo à Ioanne: Omnia per ipsum facta sunt; quia cum omnia
in sapientia Pater fecerit, & filius sit sapientia Patris; omnia in filio & per filium facta.

Quomodo
omnia in fi-
lio & per
filium facta
sunt?
Genes. 1. 1.
Ioan.

In filio, In principio creavit Deus cælum & terram, sine ipso factum est
nihil. Suarium consule 2. de Trinitat. cap. 4. num. 13. Filius Dei, Christus Dominus
dicitur, 1. Cor. 1. 24. Dei virtus & sapientia; id est, Patris: ideo aptata sunt secula ver-
bo Dei. Hebr. 1. 3. Filium constituit Pater heredem universorum, per quem fecit & sa-
cula. Unde Augustin. 12. Confess. cap. 20. ait: In principio fecit Deus cælum & terram;
id est, in Verbo suo sibi coeterno, fecit Deus intelligibilem atque sensibilem, vel spiritua-
lem corporalemque creaturam. Si accepisset aliam, quam habet Pater virtutem in crea-
tionem, posset dici filius instrumentum Patris, at cum eadem virtus numero in utro-
que sit; per illum Pater fecit omnia: id est, una cum Patre, qui filij principium, in
quo eadem virtus & omnipotentia. Ita Cyril. Alexandr. 5. Toesaur. cap. 3. Ly Per
notans causam efficientem, non est appropriatum, sed proprium filij, quia ipse est
principium de principio. Ita ex D. Thom. 1. part. quæst. 36. art. 3. & quæst. 39. art.
8. Aliam acceptionem præpositionis Per, præter dicta, Tom. 1. Taut. 3. n. 23. videbi-
mus infr. n. 119.

Augustin.

Cyr. Alex.

113 Ab Arianis cogitatum filium instrumentum Patris, quod refutatam à Ioanne
dicente, Omnia per ipsum facta sunt: nam si per ipsum omnia facta, ipsum Verbum non
est factum. Non potuit fieri per seipsum: ipsumque erat ante omnia per ipsum factum. Quo-
modo enim erat (inquit Cyrillus Alexandr. quo sup. cap. 5.) si creatus est? Quomodo creandi
virtutem habet, si creatus est? Quomodo creator omnium est ipse creatus? Novam provin-
ciam eiusdem furfuris invenit Zarraga. Dicam cum Ovveno lib. 2. Epigram. 191.

Ovven:

Antiquata viget novitas, renovata vetustas
Nascitur; & veteres nunc novitate placent.

D. Thom.

Pende, Spiritus-Sanctus in ipsius creata substantia peculiariter omnia facit. Abstinerè
à censura precaris, cum damnatum consistit quicquid dicit in Macedonia ab Ecclesia?
Quod de Spiritu-Sancto profers, de Verbo, filio Dei dixerunt Arianis. Instrumentum
Dei vivum signas Spiritum-Sanctum, Deum simul & creaturam, per quem & ex qua
omnia facta: igitur illa ipsius creata substantia, divine hypostasi unam, constituta est
in Numen, quod omnia fecit. Hæreticè præci dixerunt, ut refert D. Thom. 1. part.
quæst. 8. art. 3. in corp. Quòd Deus immediatè creavit primas creaturas, & illa crea-
verunt alias. Abstinebimus à censura? Nolumus catholici, dum claret tuus error prior
prior: statutus enim Deum love creasse substantiam illam chimericam, Spiritui-San-
cto hypostaticè unitam, ex quo toto Numen: quod ex illa prima creatura & cum illa
non creavit, sed fecit, que videntur & non videntur in cosmopoeio; ita ut nihil reli-
querit filio Dei, Verbo Patris, per quod facta sunt omnia: omnia enim Spiritus-San-
ctus peculiariter facit in ipsius creata substantia. Hæc est lux, quam protefarris asserre
Pa-

Patribus, etsi aliquando contraria videaris dicere? Expunge Videaris. O insignis facu-
la! Mi homo suspiciosa est modestia cum impudentia omnino inverecunda. Mirificus in
his que cogitasti (si cogitasti) parhæsiastes appares, & nugivendus. Adiatrephia ruti-
lat, que Caligule encomium (Sueton. in eo, cap. 29.) & rationali propudium. Felix facu-
lum, in quo ferale semen cecidit, quia non in corda. Perverfa locutus non abduces dif-
cipulos post te. Non es stultus factus a scientia, sed à vesania.

114 Bona verba, dices: dico. Respondeo cum Bernardo Epist. 192. Eum non ego
accuso: est, qui eum accuset liber suus, in quo sibi malè complacuit. Profanas vocum
novitates inducit, & sensuum, disputans de fide contra fidem: verbis legis legem impu-
gnat. Nihil videt per speculum & in enigmate, sed facie ad faciem omnia intuetur
(scrutatur etiam profunda Dei) ambulans in magnis & mirabilibus super se. Melius illi
erat, si seipsum cognosceret, nec egredereetur mensuram suam, sed sciret ad sobrietate-
tem. Consilium elebat Augustini, 12. Civit. cap. 15. ubi: Videant, à quibus quæstio-
nem periculis debeant temperare, neque ad omnia se idoneos arbitrentur. Non plus sa-
pere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem; sicut unicuique Deus partitus est
mensuram fidei. Fidem catholicam habes, utere: igitur in tuo enthusiasmo haud pro-
fers candida verba, sed alba dithyrambico intellectu. Tuo enim debacchanti sensui
aptas Scripturas; cum ius sit, Scripturis sanctis subjicere sensum, & redigere intellectum
in captivitatem, & omne intellectum in obsequium Christi, eiusque fidei. Philosophiam
vestram (dicebant Machabei apud Iosephum, de Imperio cæton.) lex nostra condemnat,
in qua tantò minus quis intelligit, quanto plus intelligere se credit. Totus liber tuus scaete
erroribus, sentina hæreson, quin lineam habeat sine navo, redolens R in tribus fa-
mosis idiomatibus. Latine profertur Er: Græcè, Rho: Hebraicè, Res. Iunge, & invenies
materiem operis Theopolicici, datis Numini operationibus Theohylicis; sicut in Chri-
sto designantur Theandrica:

Non possum non vera loqui: si vera taceri
Fortè velis, levibus me parce lacescere dictis.
Optimum consilium præstare, lacescere non est.

115 Modum interpretandi Scripturas audi, ut gaudeas modo & careas errore. In
hocce munus opus est Theologia Scholastica, qua nihil aliud, quam præ divinarum Scrip-
turarum notitia; recepto, quem Ecclesia approbat, sensu, non spreto orthodoxorum
DD. interpretationibus & censuris; ac interdum aliarum disciplinarum non contem-
pudo suffragio. Hinc Tridentina Synodus, sessio. 4. Ad coercenda petulantia ingenia
decernit, ut nemo sue prudentia innixus in rebus fidei & morum, Sacram Scripturam
ad suos sensus contorquens, contra eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater Ecclē-
sia, ipsam Scripturam interpretari audeat, &c. Concordat textus in cap. Hæresis, & in
cap. Adam. Vid. plures apud Barbofam, loc. cit. Ex huius decreti tenore abdicto, oriun-
tur hæreses. Neque enim nate sunt, & quadam dogmata perverstatas, nisi dum Scriptu-
re bona intelliguntur non bene. Augustin. Tract. 18. in Ioann. & Hieronym. in Dialog.
contra Luciferianos: Nunquam (ait) nos terreant, si de Scripturarum capitalis sibi viden-
tur affirmare, quod dicunt: cum & diaboli de Scriptura aliqua sit locutus. Eadem Hi-
larius lib. 11. de Trinit. lib. 8. Originum, cap. 5. Origen. lib. 3. de Principijs, Virgil.
Afer, lib. 2. contra Eutychem. Irancus, præf. lib. 1. Advers. hæres. Tertulian. de Prescrip-
tion. hæretic. cap. 39. Vincet. Lirinens. 1. Commonitorij, cap. 1. & 11. Epiphan. Diacon.
in Synodi VII. actio. 6. Gregor. Magn. lib. 3. in Job. cap. 14. Sic ergo mi homo, ne trans-
grediaris terminos, quos posuerunt Patres tui. Ne feceris, audi Gillebert. serm. 4. in
Cant. num. 2. Bonus (inquit) iste circuitus, in quo mens rationis ductu pervestigando pro-
cedit; sed à fide non recedit instructa à fide, & restricta ad fidem. Erronea planè, si non
cuncta ad eius referat examen, & citum rationis incessum ad fidei maturitatem castiget.
Bonus circuitus, ubi insititia Dei revelatur de fide in fidem. Relapsus ergo, & ne dicas ex
Scripturis contra Scripturas, Numen esse substantiam creatam hypostasi Spiritus-Sancti
unitam; sicut eodem furore Parisijs, ann. 1666. pro ostentatione acuminis programma
innocenti asserens: Daemonum vocem oriri ex eo, quod per unionem hypostaticam diaboli
factus est ignis, & ignis diabolus. At quo fulcro? Quia scriptum, Pl. 139. 11. Cadent super
eos carbones: in ignem deijciet eos, in miserijs non subsistent. Ritus obortus pro plaufu.
Vide Ioann. Launoium p. 5. Epist. 4. Alia multa digna indignatione promit bonus Zar-
raga; sed levi, parçaque manu præfata præstrinxi, quoniam brevis stylus in Tautologia-
rum expositione: nihilominus tamen, si occurrerint, digladiabimur.

Bernard.
Liber Zar-
raga scate
erroribus,
Augustin.

Ioseph.

Mantuan.

Quid sit
theologia
scholastica

Concil.
Trid.

Modus in-
terpretandi
Scripturas
Augustin.
Hieronym.

Gillebert.

Thesi heret-
ica de de-
donum pe-
na.